



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. An Matrimonium sit necessariò unius viri cum una fæmina, & an, ac quo jure polygamia sit prohibita?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

tionem, nullum est, erit & illud nullum, & copula taliter extorta fornicaria.

SECTIO V.

De Unitate & indissolubilitate Matrimonij.

§. I.

An Matrimonium sit necessario unius viri cum una femina, & an, ac quo jure polygamia sit prohibita?

Successive plura matrimonia contrahere, & mortuam priore conjugem, aliam ducere, semper licitum fuit, i. ad *Corinth. 7.* Simul tamen ut vir unus plures habeat uxores, est contra primam institutionem Matrimonij, & jure naturæ nullum, nisi Divina dispensatio interveniat, prout probatur *ex c. 2. Genes. & notat etiam Pontifex in c. Gaudemus 8. de divort.* cum hæc pluralitas, saltem secundario fini Matrimonij pacificæ scilicet conjugum cohabitationi, & gubernationi domesticæ &c. adversetur.

Polygamia autem unius uxoris cum pluribus viris, aded juri naturæ, etiam contra primarium finem matrimonij, quoad proles generationem, contraria est, ut nunquam permittitur legatur (quamvis probabilis sit, quod etiam hæc polygamia per absolutam DEI Potentiam, concedi possit) unius verò viri cum pluribus uxoribus polygamia, olim quidem, in veteri testamento, ex dispensatione Divina licita fuit aliqui-

bus, hodie tamen in novo testamento, de hac etiam polygamia, & dispensatione nihil scimus, cum ad primam suam institutionem matrimonium vocatum sit, & unam Christi unica conjunctionem significat.

§. II.

Qualis certitudo sit necessaria morte prioris conjugis, ut possit alteri conjugii licite ad alium prius transire,

Non sufficere moralem tantum probabilitatem, sed requiri certam certitudinem de morte alterius, ut superstes ad secundum transire possit *ex c. in presens 17. h. 1. & c. 2. de secundis nuptiis patet.* Certitudo ad secunda vota transire non licet, nisi certus sit aliquis (saltem moraliter) non haberi non solet, quam certitudo non ad plurima licite agenda de morte alterius, diuturna autem absentia, & tertius conjugis, vitam quidem illam probabilem reddat, & probabilem faciat, non verò certam, conditio prioris etiam vinculi ad mortem alterius indissolubilis obligatio, cessari non potest soluta, ut ad vota transire liceat, sed manet illa in possessione, ita ut non liceat ab obligatione recedere. Et quamvis *Quoniam s. s. si autem. Vi licet non soluta &c.* dicatur sufficere veritatis præsumptionem, ut permitti possit conjugii superstiti alterum Matrimonium inire, videtur tamen textus hic aliquibus